Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Prospexit dns de caelo · idest de uno quoq· praedicatore suo, et prospexit super filios hominum · sub magna pietate · ut non errantes perderet · sed paenitentes saluaret, ut uideat · idest ut uidere faciat quis praedicationem eorum intellegat,

Cognoscant enim impii se agere peruorse · et non solum se emendant · sed etiam di populum deuorant dentibus suae malitiae, sicut escam panis · qui semper desiderantes insuetis, namquam uis diuersitate escarum saciemur · iugiter nobis tamen panis edulium est,

Ds enim dissipat ossa malorum · idest obstinationes durissimas · uel spem aeternitatis eorum · qui in eius contumeliam insurgere ausi sunt, qui hominibus placent · et non deo · Recte confusi dicuntur, merito spernitur ado · qui reliquerit dm,

Ds de caelo prospexit super filios hominum · ut uideat si est intellegens · aut requirens dm 7

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt · non est qui faciat bonum non est usq· ad unum: 7

Nonne scient · omnes: qui operantur iniquitatem · qui deuorant plebem meam ut cibum panis 7

Dm non inuocauerunt · illic trepidauerunt timore · ubi non fuit timor 7

Quoniam ds dissipauit ossa eorum qui hominibus placent · confusi sunt quoniam ds spreuit eos 7

Quis dabit exsion salutare israel · cum conuerterit ds captiuitatem plebis suae · exultabit iacob

Illos enim declinasse dicit · qui durato corde in scelerato proposito permanserunt, prius enim fuit ut declinarent · Secutum est · ut inutiles sibi fierent, nam si aliquem bonum uoluisset intellegi · non diceret usque ad unum · sed praeter unum,

Omnm non inuocauerunt · illa enim quae a peccatoribus contra uoluntatem di fiunt · uelut fumus fine celerrimo euanescunt et trepidant · ne diuitiis adquisitis · in isto saeculo priuantur, ubi non erit timor · subaudiendum est uidelicet iustis,

Quis dabit · addendum est · nisi tu dne, credentis enim uerba sunt non dubitantis, exsion illam dicit speculationem felicem · in qua dns aspicitur, ipse etiam hic dat salutare israel exsion · cum laboresscorum suis beneficiis consolatur, ipse quoq· nos auersa captiuitate